Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Pharmacopoea Amstelredamensis

https://hdl.handle.net/1874/297001

N. C. de Fremery ex libris D. H. G. Oostedyk Pol[i]atri Amstelae-damensis. 1796.

O. qu.
461

O. 4º 461

Institute non minus stulti quam imperito, cum nihil hactenus sit
peractum, nisi quod vix debilis sit exorta controversiarum, aliarum
ex aliis absq ullo exitu propullulantium scaturigo, quae universa
fere medicina ad hanc vel illam hypothesin vel aliquid aliud detorta,
ut quot medici, tot fere reperiuntur medicinae, quo quid periculosius
excogitari potest.

Est siquidem ipsius intellectus humani non minor ambitio, quam voluntatis
quodque non potest, vult scire, cui nihil a quo propositum est,
quam abstrusissimas rerum corporearum causas adaequate a priori
determinandas superbias addere manus.

Quo autem hoc potissimum fato contingat, et procul dubio contingit
semper, nulla alia est ratio, quam quod licet hominibus nihil
magis sit proprium quam ratiocinari, omnes quidem ratiocinantur
sed paucissimi qui recte.

Perpendamus enim quam prona in errores mens sit, et quanta
falsorum judiciorum causa attentionis debetur defectui, mentisque
praecipitationi, quam necessaria existat accurata (depositis
praejudiciis) attentio, nec non circumspecta in conclusionibus
prudentia, paucissimos revera sumus reperturi, qui sciant quid sit
vere ratiocinari, quid vere cogitare, judicioque recte uti nostro
speculatorum quam maxima eruditorum turba, nonne plane
est meritoria aut protestoria qui nil ex studiorum suorum massa
sibi comparare student ulterius, quam quod ad lucrum vel ad sedem
professorium vel existimationem aut hujusmodi pertinere suspicantur
Unde sententias atq artes sibi receptas in senis habentes
[illegible], nihil non ad certorum quorundam aut horum, aut sua
propria cogitata detorquent.

Habet sed licet unusquisque nostrum specialem sibi quandam
mentis aberrationem, vel propter naturam suam propriam et
singularem, vel propter educationem et conversationem cum
aliis, vel propter lectionem librorum et auctoritatem eorum,
quos quisque colit et admiratur, vel propter differentias
impressionum, prout occurrunt in animo sedato, aequo, vel
praeoccupato aut praedisposito etc., ita ut spiritus humanus prout
disponitur in hominibus singulis sit res inaequalis, varia,
perturbata, imo quasi fortuita. —

Nonne videmus quam plurimi quasi malo sano quodam infecti
et conspiratione facta partes fortiter in opinionibus,
dum rebus etiam vanissimis merito quia non attribuant
momenta, aut quia iis maxime assueverunt, aut quia nimis
multum operae posuerunt, aut quia tanquam autores et inventores
credi suspicantur, reliqua quae eunt in contrarium
rapido indesinenter, ita ut licet majores sint rationes, quae
occurrant in contrarium, tamen aut eas non observent, aut
contemnant, aut distinguendo removeant non sine magno
et pernicioso scientiarum praejudicio

Quod enim ipsorum ars et studia non assequuntur, id impossibile
pronuntiant atq non intelligere ~~ut~~ comprehendi posse declamant

Sed quantopere haec deplorabilis hominum sit philautia, et
quam abominandae mentis hallucinationes, sciant, quod
ab omni aevo fuit verum, id semper fore verum, neq vel
ab antiquis vel a recentioribus [illegible] vel illum mutari, detorqueri
vel annihilari non nisi pro tempore patitur.

Scire quid alii scripserint, memoriae est, quid sentiendum sit
ingenii.

Ostendunt hoc nunquam satis laudanda, omniumque maxime
probabilia Hippocratis monita, praecepta, et observata,
quae, licet universa fere medicina tot periculosis jactata
procellis conspiratum contenti ad hoc usq tempus [illegible]
ostendunt quid valeant, quid nimis —

Quod si contemplemur, Patres Amplissimi, magnam illam ingeniorum studiorumque varietatem, tam admirabili et vinculis instituto subordinatam hominibus concessam, nihil erit apertius quam plerasque artes et scientias liberales communi quodam vinculo et quasi in mutuam opem et subsidia necessitudinem colligatas consociatasque esse.

Quod uti in plurimis obtinet, ita cum illa, quae ad vos spectat, scientia eadem ratione comparatum est, quae sane multo difficillima habenda est, cum complectatur doctrinam respublicas condendi, conditasque servandi.

In qua quantum prae caeteris excellatis, vos et eo liquet quod postlabitis multis in casibus longe rei propria tam generoso et felici proposito salutem et curam reipublicae complexi fuistis, ubi leges, quarum apud vos summa est potestas, nobilitate imperare voluistis, ut vos vestris civibus, nec obsequentiores hi vobis sint quam vos ipsi legibus.

Cui accedit innata quaedam illa modestia, candor, prudentia, vigilantia et facilitas, qua cives vestri, non verbis contumeliosis aut metu, sed pudore potius, suo continentur in officio.

Quis non summa cum admiratione et veneratione contemplatur in tam magna populi vobis obedientis frequentia, quam pacate hic gerantur omnia, ut nulli mortalium vis inferatur, sed quasi securo quodam in otio vel tranquillitate vivere permittatur.
Quis non obstupescit, ubi considerat, quanam ratione haec respublica a tam tenuibus humilibusque principiis processerit ad stupendum hocce fastigium?

Neque hoc tantum, sed quod eo potentiae progressi sitis, ut ipsi etiam reipublicae quasi perditae calamitosissimis etiam temporibus et solatium et subsidium haud exiguum attuleritis, res pene confusissimas extricaveritis quam promptissime.

Verum neque vestra modestia plura fert, cum innumeri tam exteri quam incolae insignia factorum vestrorum ornamenta publice infinities depraedicaverint, sufficerit notasse, vos praeclare gestorum sola conscientia contentos, laudes etiam aequissimas a nemine admittere.

Offerimus vobis Viri Illustrissimi, Pharmacopaeam Amstelodamensem renovatam non novam verum antiquam, sed longa annorum serie tam ratione quam usu comprobatam.

Etenim si maxima spectemus ingenia, reperiri semper ea temporis hoc multitudini et judicio ut plurimum submittere, dum alia in admirationem antiquitatis, alia in amorem et complexum novitatis sunt effusa, pauci vero, qui se temperantes ut modum tenere possint, qui nec aut quaesito posita sunt ab antiquis, convellant, aut contemnant, quae recte adferuntur a novis.

Exempla si quis desiderat: quidni ultima antiquitate receptius Astrologia atque Genethliacis? quid vero ad eam illam vesanius, quid idololatria turpius, quid apud omnes gentes antiquius? Quam insulsa nobis, quam a veritate remotissima videntur, unde tot medicorum secta, tot imposturae, quibus rerum indoles quam maxime credulis malesana quadam sagacitate permovebatur.

De recentioribus res ipsa clamat (Solis, Helmo, Bordello eorumque sequacibus exceptis) quod omni suo conatu et fastu etiam jam cognita circulatione sanguinis in orbem rediverint, postquam perversissima atque impossibili methodo editum suis placitis fecerint amplissimum, ubi scilicet experientiam longo usu receptam penitus vel respiciendo, vel detorquendo, ad generalissimas confugerunt hypotheses, atque tanquam unica et veriora medicinae fundamenta constituerint, quaecunque a priori suis hisce et principiis solummodo possent deduci.

Alzo bij oude Willekeuren deser Stad Amstelredamme vande Jaaren 1519 ende 1551 den Apothekarissen was belast in het maken haerer Medicamenten te Volghen het Dispensatorium Nicolai Præpositi, is wel het selvighe langen tijd van haar achtervolgt geweest, maar daar na meer en meer vande nakomelingen versuimt geworden, iegelijk volgende sulk een Dispensatorium en Voorschrift als haer gheliefde: Waar door zijnde ontstaen grote ongeregeltheid der Winkelen ende onsekerheid voor de Doctoren in het ordonnéren, sijn daar over mede gekomen veelvoudige klachten, ende tot verscheiden tijden verscheiden middelen in't werk gestelt, om sulks alles ten besten te herstellen; Dog solanghe vruchteloos, tot dat het ten laesten den Ed. Heere Doctor Nic: Tulpius Ec beliefft heeft inden Jare 1635 den 18 Aprilis t sijnen huijse te roepen een groot getal der Doctores Medicinæ hier inde Stad als doen practiserende, den welken bij over Maaltijd deftig onthalende heeft voorghehouden: of niet nodig was tot Wegneming der klachten en onheilen, een iegelik welbekent, een alghemeen Dispensatorium of Winkelboeck te concipiéren! waar na voortaan alle de Winkelen eenpariglijk mogten worden gedirigeert! Waarop van alle ende iegelijk is geoordeelt, Jae.

daar na gevraagt hebbende op wat wijse sulks bequamelijk soude ghescheiden. is geraden gevonden daar toe te kiesen seven Doctores Medicinæ: ende sijn bij geschrifte dese genomineert, de Heer Tulpius als President, Dr. Egbertus Bodæus, Dr. Augerius Clutius, Dr. Robertus vander Houven Dr. Ægidius Snoeck, Dr. Franciscus de Vick, ende Dr. Joannes Antonides van der Linden; deese tweemaal ter weke ten huijse van Dr. Egberto Bodæo bij een komende, hebben voor eerst bij een gestelt soodanig een werk als nodig was. dog also de modo componendi verscheiden questien en twijffelingen waren ghevallen is ghe raden ghevonden tot de revisie daar bij te roepen, drie Apothekarissen als doen Winkel hebbende, te weten Rem Anthonisz Fonteyn, Jan Jansz Commerstein, ende Isac Maire, om met hunlieden over de genoemde questien de modo componendi te communiceren, ende een seekere gewisse voet daar in te beraemen. Welk gedaen zijnde is het werk ten derden male bij die alle so Doctores als Apothekers geresumeert ende oversien.

Daer

daer na tot meerder sekerheid hebben een iegelyk vande Doctores het soo verre gedane Werk, elk alleen doorghelesen, ende haer bedenkingen daarop in geschrifte overgegeeven, Welke ten meerendeele afgedaan zijnde bij D^{re} Snoek ende D^{r} de Vick daar toe gecommitteert, is het overige en swaarste collegialiter mede bij allen gheeffent.

Dus verre de voornoemde Doctores haren last uijtgevoert hebbende, hebben als doen bij een doen roepen op der Chirurgijns kamer boven S^t. Anthonis Poort op de niewe markt alle de Doctores Medicinæ die alhier ter Stede bekent waren, ende hunlüiden voorgehouden door de Heer Tulpius, hoe dat om reedenen vooren verhaalt was bij de voorgenoemde Doctores Medicinæ by een gestelt een ghemein Dispensatorium, waar na voortaen alle Winkelen haer souden reghuleren. gevraagt sijnde of sulk werk niet ten hoogsten nodeg was? is bij allen Jae geseid; ende na dat het daer aen allen was voorgeleesen, van allen onderteikent om in forme van Requeste den E:E: Heeren Burgermeesteren overghelevert te worden; dog met expres beding, dat men nog dagelijks ten huise van D^r. Egberto Bodæo soude bij een komen, om het gansche werk nog eens te oversien int bij sijn van allen ende iegelijk Doctor Medicinæ, dien het soude gelieven daar te verschijnen, op dat alsoo een iegelijk mochte vol ende ghenoeg gedaan worden.

Het werk aldus tot aller contentement volbragt zijnde, is het selvighe den E:E: Heeren Burgermeesteren ter handen gestelt, die sulks met den E:E: Heeren Schepenen en Ses-en-dartig Raden gecommuniceert hebbende, is goed gevonden tot ghemeine Welstand harer Stede en inghesetenen in te voeren. Gelyk ook sulks is geschied op den 29 Aprilis 1636 met klokslag van de Peuije deser Stede, met volgende Willekeure,

Om welke last en bevel uit te voeren hebben de voornoemde Heeren geordoneert vier Inspectores, te weten twee Doctores Medicinæ D^r. Egbertum Bodæum ende D^r. Ægidium Snoeckium met Twee Apothekarissen Rem Anthonisz Fonteijn ende Jan Jansz Commerstijn als blijkt bij Acte van den 16^e. Januarij 1637 Welke plaatse versogt hebbende om hare bijeenkomsten bequamelyk te houden, is haar by provisie toegewesen de Kamer vande Chirurgijns voornoemt, als blijkt bij Acte daar van zijnde van dato den 1636. Ende alsoo niet langhe daer na Doct^r. Snoekkius quam deser Wereld te overlijden, is bij de selvige Heeren in plaatse gestelt Doct^r. Joannes Antonides van der Linden, als blijkt bij Acte van den 8^{ste} Julij 1637.

dog de Inspectores haeren last int werk stellende, ende dagelijks meer en meer bevindende hoe weinig moghelijk was dezelvige wel en na behooren uit te voeren,

soo

Soo niet de Apothekers werden gebragt onder een apart en byzonder Gilde met bequame en dienstige Wetten en Articulen versien, hebben sulx den E:E: Heeren Burgermeesteren aangedient, ende overgeleevert dit volgende Request en geschrift *.
Dit mede by de E:E: Heeren Burgermeesteren en Schepenen in acht genomen zijnde zijn daar over den 15 January 1638 de Apothekers van het Kramers Gilde afgescheyden, ende tot een byzonder Gilde opgerecht, met alsulke Wetten en Articulen als in het Ordonnantie Boek Fol. zijn te sien.

Dog dewyl het Artikel seide dat drie Doctores Medicinæ ende Twee Apothekers het voorschreve Gilde als Inspectores souden bedienen, so hebben de voornoemde Inspectores haaren vyfden persoon aan de E:E: Heeren Burgerm: versocht, ende is hun toegheordonneert Doct: Joannes van Hartoghveldt. Ende aldus het Collegium Medicum opgerecht zijnde is daar in voorgevallen, 't geene volgt.

---

Burgermeesteren en Regeerders der Stad Amstelredamme committeren Ægidium Snoek ende Egbertum Bodæum Doctoren inde Medicijnen, ende Jan Jansz Kommersteyn ende Rem Fonteyn Apothekers, om de Keuren den 29en Aprilis 1636 int regard van Apothecars, en het bereyden van allerhande Medicamenten, gepubliceert en voorts gedrukte Dispensatorium geprefigeert, in train en prattique te brengen, de disordres te weeren, de behoorlyke visitatien tot dien eynde te doen, en gemeyne Apothecars tot onderhoud van der zelver Keure te houden, ende gebrekigen te bekeuren, ende af te eysschen dee Boete bij de voorz Keure gestatueert, Lastende alle ende elcke Apothecars de voorz gecommitteerdens uyt hoofde van deze hunne commissie, schuldig respect te dragen, en haar, in hunne Winkels komende, sonder eenige murmuratie of weerseggen te toonen, al 't geen hen afgevordert zal worden by de voorz gecommitteerdens op dezelve Boete. Actum den 16e January 1637. was getekent D: Mostart.

In plaatse van Wylen Dr: Ægidius Snoeck die deeser Wereldt is komen te overlijden, is gesurrogeert, Dr: Johannes Antonides vander Linden, met goedkeuring en Last als desselven Dr: Snoeck hier booven gegeven is geweest Actum den 8e July 1637.

Was geteekent
D: Mostart.

# * Requeste aan de Heeren Burgemeesteren en Scheepenen der Stad Amsterdam.

† D. Fol. 157
* E. Fol. 51.

Gheeven te kennen met behoorlyke eerbiedigheid de Inspectores by de E.E. Heeren Burghemeesteren ghecommitteert tot de ondersoeking der Apothekers Winkelen, dat sy int uitvoeren van dit haar Ampt verscheiden swarigheden hebben bevonden, ende dagelyx meerder te verwagten: soo dat niet sien op wat wyse bequaemelyk dese loffelyke ende tot der Ghemeinten ghesondheid ten hoogtten nodige ordre by de E.E. Heeren Burghemeesteren en Schepenen gemaakt, terecht in train sullen brengen, ten ware het de E.E. Heeren geliefde het vervallen St. Lucas Ghilde der Medicyns en Apothekers wederom te renoveren, ende met bequame Wetten, sulke als het den E.E. Heeren sal gelieven, te versien: waar na die beide haar souden hebben te reguleren. dat het vervallen sy, kunnen de E.E. Heeren speuren uit de Willekeuren by de E.E. Heeren van den Ghereechte deser Stede int Jaar 1519 Den 24 decembris † gepubliceert, ende int Jaar 1550 Den 26 Aprilis wederom * gerenoveert: de Noodsakelykheid des herstelling deeses Collegie schynt dese redenen te hebben: dat niet minder een Apotheker willende Winkel opsetten behoort Burger ofte Poorter te zyn als die eenige andere Neeringen ofte Ambagten beginnen. Dat hy ook niet minder ja meerder behoort ondersocht te worden van syn bequaamheeden tot de Kunst der Apothecarijen, te weten, of hy de kennisse heeft van de Latynsche Tale, waar in alle Recepten worden geordonneert, van de Simplicia so Droghen als Kruyden, die hy dagelix moet gebruyken, ende van het menghelen der selver, na ighelyx Voorschrift, ende wat desgelyx meer is. Hier by komt het ernstig Versoek van meest alle de Apothekers, die int visiteeren haerer Winkelen seiden bereyd te zyn, na te komen het gebod der E.E. Heeren, maar wensten begeerieblyk, ghelyk voor deesen de Chirurgyns van het Trippemakers gilde, sy ook mochte van het Kramers gilde afgescheiden worden. also de kramers haar op de Apothecarije gansch niet en verstaen. dat sy ook qualyk onder twee hoofden konnen staen, ende liever hadden te contribueren jaarlyx aan een eigen als aan een vreemd gilde. Welk doende &c.

Oza 461 (Rariora)

# PHARMACOPOEA

## AMSTELREDAMENSIS,

Senatus Auctoritate
munita.



AMSTELREDAMI,
Apud GVILIELMVM & IOHANNEM BLAEV,
cIↄ Iↄ c xxxvi.

*Cum Privilegio.*

BIBLIOTHEEK DER RIJKSUNIVERSITEIT TE UTRECHT

# CONSVLIBVS,
# &
# SENATORIBVS
## Amſtelredamenſis Reipublicæ.

MAGNIFICI, & PRVDENTES DOMINI

Quam oblatum venimus Pharmacopœam, illam & vobis, & veſtris civibus veſtra peperit civitas, cùm, ut Medicis Pharmacopolarum officina, tùm, ut Pharmacopolis Medicorum innoteſcat mens. Quæ duo ſummè neceſſaria, imò præcipua fulcra, quibus praxis

medica innixa: quibus quandoquidem hactenus carendum fuit, vidimus, & utinam haud vidiſſemus, quid detrimenti ceperint ægri, & quam incerta, ne dicamus irrita, ſæpenumerò fuerint etiam ſagaciſſima conſilia. Sed jacta eſt anchora quæ fluctuantem firmabit navem; & inventum vinculum quod diſſolutas ligabit ſcopas. Exemplis nobis præluxêre celeberrimæ totius Europæ civitates: quarum cuilibet ſua eſt Pharmacopoea, & in eâ is remediorum delectus, quem ſuis ægris, ſuæque civitati judicarunt convenientiſſimum. Diu hanc vidimus viam, & diu ancipitis, & periculoſæ noſtræ aleæ fuimus pertæſi; ſed ea fuit & increſcentis veſtræ urbis magnitudo, & tam exu-

perans

perans officinarum frequentia, ut quilibet manum de tabulâ, & quid agas? ubi nemo glaciem frangit: nemo Herculi clavam extorquet: ferendum quod evitare nequis. Factum id à nobis, & quidem tam diu, donec communibus Collegii ſuffragiis in eum medicamentorum ordinem itum, quem ſperamus omnia redacturum in ordinem, & ad cujus normam, uti ad libellam, & lineam fabri, cuncta ſua in poſterum exigent officinæ. Nos quidem, Viri Magnifici, quem concepimus, offerimus fœtum, ſed vos, quia tollitis, patres eſtis: nos materiam, ſed vos datis formam; ac proinde meritò illi à vobis & nomen, & nomini conveniens dignitas. Accipite itaque, quam

dicatum imus, Pharmacopœam, priùs noſtram, nunc veſtram, & quam venientem obviis excepiſtis ulnis, illam porrò fovete benignè, & defendite ſeriò: & ſi quem non moveat beneficium, cogat officium. Ampla quidem, & auguſta eſt, quam poſſidetis, civitas. Multa continet, quæ multi admirantur, ſed ſupra omnem admirationem, omniúmque captum eſt arctiſſima illa familiaritas, quæ hîc Muſis cum Mercurio, & huic cum civitate, & veſtræ civitati, cum totius mundi ambitu. Hæc enim veſtra laus eſt, quòd nullis circumſcripti eſtis cancellis, ſed eundem cum univerſo agnoſcitis terminum. Et ſicuti omnes circuli lineæ in centrum, ita omnium fontium rivuli in veſtrum

de-

defluunt ſinum. Faxit Deus Opt. Max. ut lectiſſimam hanc Rempub. diu conſpiciamus incolumem, & à tam claris nominibus, non minùs feliciter aſſertam, quàm providè directam, & ex uſu publico fideliter adminiſtratam. Quod ex animo vovemus. Amſtelredami, III. Non. Majas cIↄ Iↄ C XXXVI.

VESTRÆ REIPVBL.

MEDICI.

# LECTORI,

QVÆ EX VSV EST SCIVISSE. *Damus, quam inſtruximus, Officinam Pharmaceuticam. Opus novum. Nihil novi. Ab Antiquis idem factitatum, & à poſteris. Studio diverſo. Quæ ab Experientiâ illi didicerant remedia, collegebant, ne perirent ſingula. Inventis plurima ſolerter Ratio adinvênit. Crevit labor. Labori fuit. Quin medicaminum copia inopes fecit medentes. Quòd judicatu difficile, quæ cita, quæ tuta, quæ jucunda magis. Itaque delectus poſtmodùm habitus. Fermè primus à Norinbergenſibus. Ab aliis deinceps, atque aliis. Vt aſſolent non omnia omnibus placere. Sic recidimus in eundem à plenitudine morbum. Sed graviorem. Dum quilibet pro arbritratu Pharmacopœus cuilibet inſiſtit. Sæpe nulli: niſi è malè ſcripto mendoſiùs deſcripto. Vidimus, & videris facilè quid hinc & illinc non exoriatur. Diſpenſandi inprimis, & pro his altera ſupponendi pernicioſa libertas. Quæ pro antidotis venena ſubinde propinat. Vt, unde debebat ſalus ægris, exitium veniat. His malis, dum*

*ſuos*

*ſuos omnes ſalvos cupiunt, & ſecuros, maturiùs, aut ſeriùs alii occurrerunt. Nos longiſſimùm tulimus inviti. Cauſâ duplici: & quia labor majores noſtros non ſequebatur: & quia mors aſſecuta eſt, & aliquoties filum hoc operis præcîdit. Interea nihil non in pejus ruere. Fraudes eſſe paſſim apud ſordidè lucellum ligurientes. Fæces emi, ſordes vendi. Neque Medicis ſæpiuſcule tutum offerre, neque ſalutare ægris pharmaca ſumere. Vt, quæ nobis querela, juſtior à nobis fuerit futura, niſi in tempore obviam itum. In tempore: & ſatis, ſi quam nunc componendi legem non promulgat modò, ſed Ampliſs. Senatus noſtri auctoritas imponit, imperat, & ſacram voluit, ſarta tecta conſervetur. Sedenimverò ne id quidem tàm ab legis æquitate expectamus, quàm à cujusque candore, & fide, ſanctiſſimo humani pectoris bono, quæ nullâ neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Norunt omnes, quám in præpete morbo ſit præceps occaſio. Norunt, quám non liceat hîc bis peccare. Norunt, de vitâ agi, de ſanitate, & quæ ab eâ eſt, humanâ felicitate. Igitur æqua lex eſt, quæ in præſcribendo Medicis, in obſecundando Pharmacopœis, ab utrisque auxilium implorantibus ſecuritatem præſtat. Vt præſtaret, omnes adlaboravimus, ut omnia quám emendatiſſima eſſent,*

*eſſent, omnia crebro uſu probata. Adjumentum nobis in eo ab eruditis, ab expertis viris, qui præiverunt. Quorum ſcripta diligenter comparavimus, & judicio ex iis elegimus, aut rejecimus. Totum ſic contraximus, ut ad neceſsitatem omnia, ad oſtentationem nihil. Sine juſtâ cauſâ non deſcivimus ab Antiquitate. Quædam ratio juſsit mutare, quædam experientia docuit. Quas nobis Aquas compoſuimus, macerari volumus, quòd ſic vires conſtet potentiùs extrahi. Syrupis à coctione cavimus, quibus ab acore gratia, aut odore. etiam leniter expurgandis humoribus deſtinatis. etiam Pilulis aloëphanginis, quæ ſua aromatis debent, cum aurâ cæteroquin evanidis. In multis hæc cura fruſtra fuit, quòd cogeremur permiſcendi modum artificio relinquere. Sed tamen cùm opus fuit, prætulimus facem, ſed non niſi cùm opus. Ab Electuariis Hamech, & Roſaceo remoras removimus, Myrobalanos, Spodium. Ad Diacatholicôn, ne te titulus fallat, Mechoacanam adjecimus. In Pulveribus, pro majoribus ſemina minora ſcias ſubſtituta, quòd & brevi illa ranceſcant, & putreſcente ſucco ipſâ materie è vermiculorum genere teredines pariant. In cæteris quoque pro incertis certa, cognita pro ignotis, & vix notis ſucceſsiſſe. Pleraque aliorum auctoritate: noſtrâ, ſolus Plinii*

*Garyo-*

*Garyophyllus Amomi locum tenet. Quæ præterea nova ſunt, ex inſcriptione innoteſcunt, aut Simplicium examine, ut non fuerit opus monere, cur nova ſint. Hoc unum. E mucaginibus oleum ſemel fieri juſſum, ut ſemper Vnguentis, & Emplaſtris præſtò foret. Etiam in ſuos uſus. Quædam deſideras? adſunt. aut carere potes. Pluries bina, terna, quaterna medicamenta, præter pauciſsima, ex iiſdem conſtabant. Quid vetat unum fieri, quod ſit pro omnibus? Non ſufficit. Poſtulant alii morbi alia remedia. A limine offendes cornucopiæ, ubi ineſt, quidquid voles. Compone in horas, in eventus miſce. E Chymiâ adſcripſimus, quæ olim in uſu. Vt habeant, quibus ea placuerunt. De Ordine jam cœpimus dicere, Simplicia eſſe præmiſſa: mox quæ intrò ſumuntur: mox quæ foris applicantur: liquida primùm, inde ſolidiora. De ſingulorum Vſu nihil per ſe ſapientibus: néve haræ roſas ſpargamus, lilia ſtabulis. De Doſibus nihil, ne puero gladium. Vides Lector, quid egerit in tuam ſalutem*

Medicorum Collegium.

# E X T R A C T V M

*Ex Statutis Amſtelredamenſibus, ſignatis* lit. L. fol. 21.

Quandoquidem Ampliſſ. D D. Conſulibus & Scabinis enormes innotuerunt abuſus, qui in medicamentorum præparatione à Pharmacopœis committuntur, tùm, quòd communis formula non extet, juxta cujus normam quævis officina teneatur medicamenta ſua componere, tùm quòd ob Vrbis magnitudinem, & officinarum frequentiam ſciri à Medicis nequaquam hactenus potuerit, quid in ſingulis proſtaret, multo minus, quo illud modo ibidem præparatum fuerit. Quorum ignoratione incerta multùm facta eſt ars medica, plurimíſque periculis ægri expoſiti, magno Reipubl. detrimento, & Medicorum non levi dedecore. Atque his de cauſis Placuit iiſdem Ampliſſ. D D. (quibus à Medicis oblatum eſt DISPENSATORIVM, in quod hi ex omnibus ſcriptoribus ea, quæ maximè convenire judicarunt, medicamenta retulerunt, & collegerunt) Reipubl. ſalutem, & Medicorum honorem cordi ducentibus, ut obviam eant cunctis illis malis & incommodis, ad exemplum diverſarum illuſtrium civitatum, & intellectâ ſuper hac re Senatus ſententiâ: Omnibus Pharmacopœis tùm qui jam inſtituerunt, tùm qui aliquando in hac urbe ſuas officinas ſunt inſtituturi, mandare, ut id ipſum DISPENSATORIVM, quod omnium uſui imprimitur, atque propediem in publicum dabitur, ſequantur in ſuarum officinarum inſtructione, neque ab eo deflectant, utque qui ſecus feciſſe, ignotáſque medicamentorum compoſitiones alias, præterquam quæ in dicto libro continentur, in ſuis officinis habere deprehenſi fuerint, pendant primâ vice pœnam duodecim Carolinorum, ſecundâ vice vigintiquinque Carolinorum, tertiâ verò vice Occluſionis officinarum, ac omnis medicamenta vænum exponendi poteſtatis interdictæ ad ſex ſeptimanas. Vt verò præſcripta Lex ſtrictiùs obſervetur, ſingulæ in poſterum officinæ bis térve quotannis à binis ternísve Medicinæ Doctoribus ( ad id annuatim à Magiſtratu delegandis ) viſitabuntur, multæque dicentur tranſgreſſoribus. Præterea omnes Pharmacopœi tenebuntur his Medicinæ Doctoribus, quod muneris ſui eſt exequentibus, debitum honorem deferre, atque officinas accedentibus absque ullâ tergiverſatione, nec refractariè monſtrare, quæcunque fuerint juſſi. Qui aliter faxint, multabuntur vigintiquinque Carolinis, nihilóque minus tenebuntur, quæ ab iis petent Doctores oſtendere, atque in omnibus & ſingulis præſenti Edicto obſequi. Quarum omnium multarum pars altera redigetur in fiſcum, altera relinquetur arbitrio D D. Iudicum. Subſcriptum:

Publicatum XXIX Aprilis, CIƆ IƆ C XXXVI. Præſentib. ut in Reg. Coll.

D. MOSTART.

# PHARMACOPOEA AMSTELREDAMENSIS.

## SECTIO PRIMA.

### De Medicamentis Simplicibus in officinis aſſervandis.

RADICES.

Acori.
Althææ.
Angelicæ.
Apii.
Ari.
Ariſtolochiæ longæ.
rotundæ.
tenuis.
Aſari.
Aſparagi.
Biſtortæ.
Bryoniæ.
Caryophyllatæ.
Chinæ.
Conſolidæ majoris.
Contra-yervæ.
Coſti.
Curcumæ.
Cyclamini.
Cyperi longi.
rotundi.
Doronici Romani.
Ebuli.
Eſulæ utriuſque.
Eryngii.
Filicis.
Fœniculi.
Fraxinellæ, *ſeu* Dictamni albæ.
Galangæ.
Gentianæ.
Glycyrrhizæ.
Graminis.
Helenii.
Hellebori albi.
nigri.
Hermodactylorum.
Ialappæ.
Imperatoriæ.
Iridis Florentinæ.

Mandragoræ.
Mechoacanæ.
Meü.
Nymphææ.
Ononidis.
Pæoniæ.
Pentaphylli.
Petaſitidis.
Petroſelini.
Peucedani.
Phu, *ſeu* Valerianæ.
Pimpinellæ.
Polypodii quercini.
Pyrethri.
Raphani.
Rhabarbarum.
Rhaponticum.
Rubiæ tinctorum.
Ruſci.
Saxifragiæ.
Scorzoneræ.
Scilla.
Spica Nardi Celtica.
Indica.
Tormentillæ.
Turbith.
Vincetoxici.
Zarzæparillæ.
Zedoariæ.
Zingiberis.

*His adnumerentur*
Fungi.
Agaricus.
Auriculæ Iudæ.
Orbicularis (*noſtro idiomate* Boviſt.)

## CORTICES.

Arantiorum.
Citriorum.
Cinamomum.
Caſia lignea.
Fraxini.
Glandium calices.
Granatorum.
Ligni Guajaci.
Macis.
Radicum Capparum.
Tamariſci.

## LIGNA.

Aloes.
Aſpalathum.
Guajacum.
Nephriticum.
Rhodium.
Santalum album.
citrinum.
rubrum.

Saſſa-

Saſſafras.
Viſci quercini.

FOLIA, & HERBÆ.

Abrotani maris.
Abſinthii vulgaris, *ſeu* latifolii.
Romani, *ſeu* tenuifolii.
Adanthi utriuſque.
Anethi ſummitates.
Agrimoniæ.
Alchimillæ.
Althææ.
Arthemiſiæ.
Betonicæ.
Botryos.
Calaminthæ.
Capillorum Veneris.
Cardui benedicti.
Caudæ equinæ.
Centaurii minoris cum floribus.
Dictamni Creticæ.
Epithymi.
Eryſimi.
Eupatorii aquatici.
Euphragiæ cum floribus.
Fumariæ.
Hyperici cum floribus.
Hyſſopi.
Lavendulæ cum floribus.
Lauri.
Lupuli.
Majoranæ.
Malvæ.
Marrubii, *ſeu* Praſii.
Matricariæ.
Meliſſæ.
Menthaſtri.
Menthæ criſpæ.
aquaticæ.
Mercurialis.
Origani Cretici.
vulgaris.
Parietariæ.
Perſicariæ.
Piloſellæ.
Polii montani.
Polytrichi.
Pulegii.
Pulmonariæ.
Pyrolæ.
Quercus.
Roriſmarini.
Rutæ.
Rutæ murariæ.

Sabinæ.
Salviæ.
Saniculæ.
Saturejæ.
Scabioſæ.
Scordii.
Senæ.
Serpylli.
Soldanellæ.
Thymi cum floribus.
Tuſſilaginis.
Verbaſci.
Verbenæ.
Veronicæ.

FLORES.

Balauſtia.
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Calendulæ.
Caryophylleus.
Chamæmeli.
Crocus.
Meliloti.
Nymphææ albæ.
Pæoniæ.
Papaveris erratici.
Roriſmarini.
Roſarum rubrarum.
Salviæ.
Sambuci.
Schœnanthum.
Stœchadis.
Tiliæ.
Verbaſci.
Violarum.

SEMINA.

Acetoſæ.
Agni caſti.
Althææ.
Ammios.
Amomi.
Anethi.
Aniſi.
Apii.
Aquilegiæ.
Aſparagi.
Atriplicis.
Bardanæ.
Berberorum.
Bombacis.
Cannabis.
Cardamomum minus.
Cardui benedicti.
Carei.
Cicer rubrum.

Citri.
Citrulli.
Cnici, *ſeu* Carthami.
Coriandri.
Cubebe.
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Cumini.
Cydoneorum.
Dauci.
Endiviæ.
Fœniculi dulcis.
vulgaris.
Fœnugræci.
Fumariæ.
Geniſtæ.
Grana Paradiſi.
Hordeum integrum.
mundatum.
Hyperici.
Hyoſcyami albi.
Lactucæ.
Leviſtici.
Lini.
Lupini.
Malvæ.
Melonum.
Milii Solis.
Napi.
Naſturtii.
Nigellæ.
Nuclei perſicorum.
Ocymi.
Oleris atri.
Orobi.
Pæoniæ.
Papaveris albi.
nigri.
Petroſelini Macedonici.
vulgaris.
Plantaginis.
Portulacæ.
Pſyllii.
Raphani.
Ruſci.
Rutæ.
Santonici.
Saxifragiæ.
Scariolæ.
Sileris montani.
Sinapi.
Sophiæ.
Staphidis agriæ.
Sumach.
Vrticæ.

FRVCTVS.

Alkekengi, *ſeu* Halicacabi.

Amygdalæ amaræ.
dulces.
Capita Papaveris.
Carpobalſamum.
Caryophylli.
Caſia fiſtularis.
Colocynthis.
Dactyli.
Ficus.
Gallæ.
Garyophylli Plinii.
Glandes.
Iujubæ.
Iuniperi Baccæ.
Kermes grana, *ſeu* Coccus Baphica.
Lauri Baccæ.
Meſpila immatura.
Myrobalani Belliricæ.
Chebulæ.
Citrinæ.
Emblicæ.
Indæ.
Myrtilli.
Nux Cupreſſi.
Moſchata.
Vomica.
Paſſulæ majores.
minores.
Piper album.
longum.
nigrum.
Pruna.
Sebeſten.
Siliquæ dulces.
Tamarindi.

## FARINÆ.

Fabarum.
Fœnugræci.
Hordei.
Lupinorum.
Radicum Althææ.
Conſolidę majoris.
Seminum lini.
Volatilis.

## SVCCI LIQVIDI.

Agreſtæ, *ſeu* Omphacium.
Berberorum.
Cydoneorum.
Fumariæ.
Granatorum.
Limonum.
Roſarum pallidarum.

SVCCI

## SVCCI CONDENSATI, GVMMI, & RESINÆ.

Abſinthii Romani, & vulgaris ſuccus.
Acacia vera.
Aloë.
Ammoniacum.
Amylum.
Aſa fœtida.
Balſamum Peruvianum.
Bdellium.
Benzoinum.
Bitumen Iudaicum.
Caphura.
Colophonia.
Elaterium.
Eupatorii aquatici ſuccus.
Euphorbium.
Galbanum.
Ghitta jemou, *ſeu* Gutta gamba.
Glycyrrhizæ ſuccus.
Gummi Anime.
Arabicum.
Caranna.
Elemni.
Hederæ.
Tacamahaca.
Hypociſtidis ſuccus.
Lacca.
Ladanum.
Liquid-Ambar.
Manna.
Maſtiche.
Myrrha.
Opium.
Opobalſamum.
Opopanax.
Reſina Abietina.
Laricea.
Pini.
Terebinthina.
Saccharum album.
rubrum, *ſive* Thomæum.
cantum album.
rubrum.
Sagapenum.
Sandaracha Arabum, *ſeu* Gummi Iuniperinum.
Sanguis Draconis.
Sarcocolla.
Scammonium.
Styrax Calamita.
liquida.

Succi-

Succinum album.
citrinum.
Tartarum Vini albi.
Thus.
Tragacanthum.

## Animalia, Eorum Partes, & Excrementa.

Adeps Anatis.
Anſeris.
Cervi.
Gallinæ.
Hominis.
Taxi.
Vrſi.
Axungia Porci.
Bezaar Occidentalis.
Orientalis.
Cancrorum fluviatilium Oculi.
Cantharides.
Caſtoreum.
Cera alba.
flava.
Cornu cervi.
Cranium hominis violenta morte extincti.
Ebur.
Hirci Sanguis præparatus.
Ichthyocolla.
Lucii mandibulæ.
Mel.
Moſchus.
Mumia.
Sanguiſugæ.
Scincus.
Sepiæ os.
Serici folliculi.
Sevum hircinum.
Sperma Ceti.
Spodium ex ebore.
Vnicornu.
Zibettum.

## Mineralia, Metalla, & Lapides.

Ærugo.
Æs uſtum.
Alumen rupium.
plumeum.
uſtum.
Antimonium.

Argen-

Argentum foliaceum.
vivum.
Arſenicum album.
Auripigmentum.
Aurum foliaceum.
Bolus Armenia.
vulgaris.
alba.
Borax.
Ceruſſa.
Chalcitis.
Chalybs.
Chryſocolla.
Cinnabaris.
Cryſtallus.
Granatus.
Hyacinthus.
Lapis Armenius.
Calaminaris.
Hæmatites.
Lazuli.
Lithargyrus argenti.
auri.
Magnes.
Minium.
Oſteocolla.
Plumbum uſtum.
Pompholyx.
Rubinus.
Sal Armeniacus.
Gemmæ.
Petræ, *ſeu* Nitrum.
Sapphirus.
Sardus.
Smaragdus.
Sublimatum.
Sulphur.
Terra Lemnia.
Tutia officinarum.
Vitriolum album.
Hungaricum.
Romanum.
Vitrum Antimonii.

MARINA.

Ambra griſea.
Blatta Byzantia.
Coralli albi.
rubri.
Corallina.
Margaritæ.
Pumex.
Spongia.

# SECTIO SECVNDA,

## De Aquis, & Acetis.

### AQVÆ SIMPLICES STILLATITIÆ.

Acetoſæ.
Betonicæ.
Caprifolii.
Cardui benedicti.
Chelidonii majoris.
Cichorei.
Fœniculi.
Florum Fabarum.
Lavendulæ.
Liliorum convallium.
Roſarum.
Tiliæ.
Fumariæ.
Lactucæ.
Meliſſæ.
Menthæ.
Petroſelini.
Plantaginis.
Portulacæ.
Pulegii.
Solatri.
Spermatis Ranarum.

*His annumeretur*

Aqua Nivis Martialis.

*Omnes hæ Aquæ deſtillabuntur more conſueto, notando tantùm, ut Veſica, cucurbita ampla, aliúdve vas continendæ materiæ deſtillandæ idoneum, ſit æneum, ſtanno undiquaque incruſtatum. Alembicus verò, ſeu capitellum, cum ſuo roſtro, tubulôque (Serpentina dicto) ex ipſo ſtanno conſtet.*

### AQVÆ COCHLEARIÆ.
### RORIS SOLIS.

*Per ſe in Balneo Maris ex Alembico vitreo deſtillandæ.*

AQVA

## AQVA CENTAVRII MINORIS. GRAMINIS.

℞. Herbæ Centaurii minoris, *vel*
Radicum Graminis q. ſ.

*Contuſæ macerentur affuſâ aquâ ad eminentiam duorum digitorum cum tantillo ſalis, & putrefiant per aliquot dies, donec ſubaceſcant: poſteà deſtillentur in B. M. uſquedum dimidium aquæ affuſæ exſtillârit.*

## AQVA CINAMOMI.

℞. Cinamomi contuſi Libram unam & ſemis.
Aquæ Hordei Libras octo.

*Deſtillentur in B. M. quamdiu aqua exiens lacteum colorem ſervat.*

## AQVA MELLIS.

℞. Mellis q. ſ.

*Vt repleatur decupla pars cucurbitæ amplæ terreæ, vel vitreæ cum Alembico vitreo, & Balneo bulliente deſtilletur phlegma, ſeu Aqua Mellis. Cùm autem guttæ incipiunt aceſcere, vaſe arenæ impoſito, aucto igne liquor ſecundus, & tertius extrahantur.*

# AQVÆ COMPOSITÆ.

## AQVA ANT-EPILEPTICA.

℞. Radicum Pæoniæ maris ſiccatar. libram ſemis.
Angelicæ,
~~Ariſtolochiæ longæ~~,
Fraxinellæ,
Foliorum Origani Cretici,
Rutæ,
Salviæ, ana Vnciam unam.
Florum Pæoniæ maris,
Betonicæ,
Liliorum convallium,
Roriſmarini,
Tiliæ, ſiccatorum,
Seminum Ammios Orientalis,
Nigellæ, ana Vnciam ſemis.
Pæoniæ Vncias duas.
Caſiæ ligneæ,
Caryophyllorum,
Cardamomi minoris,
Nucis moſchatæ,
Olei Vitrioli, ana Drachmas duas.

*Pulverandis craſſè pulveratis affundantur Spiritus Vini libræ [illegible] decem, macerentur per octiduum vaſe bene clauſo; deinde colentur per ſetaceum denſiſſimum: colatura ſervetur in vitreo nimbo probè obturato.*

AQVA

## AQVA HYSTERICA.

℞. Radicum Bryoniæ ſiccatarum Vncias duas.
Foliorum Arthemiſiæ,
Dictamni Creticæ,
Matricariæ,
Nepetæ,
Ocymi,
Pulegii,
Rutæ,
Sabinæ, in umbrâ ſiccatorum, ana Vnciam ſemis.
Corticum Arantiorum exteriorum ſiccatorum Vnciam unam ſemis.
Myrrhæ,
Caſtorei, ana Drachmas tres.
Croci Drachmam unam.

*Pulverata macerentur per octiduum in Spiritus Vini libris tribus, deinde colentur per ſetaceum denſiſſimum: colatura ſervetur in nimbo vitreo benè obturato.*

## AQVA THERIACALIS.

℞. Corticum Citriorum exteriorum,
Radicum Petaſitidis, ſiccatorum,
Radicum Glycyrrhizæ,
Pimpinellæ,
Tormentillæ, ana Vncias duas.
Angelicæ,

Ari,
Dictamni albæ,
Gentianæ,
Imperatoriæ,
Vincetoxici,
Zedoariæ,
Foliorum Cardui benedicti,
Rutæ,
Scabioſæ,
Scordii, ſiccatorum, ana Vnc. unam.
Seminum Acetoſæ,
Citri, ana Vnciam ſemis.
Croci Britannici Drachmas duas.
Caphuræ Drachmam unam & ſemis.

*F. omnium pulvis craſſus, maceretur per diem naturalem in B. M. cum Spiritus Vini libris novem, vaſe benè clauſo: deinde colentur per ſetaceum denſiſſimum: colaturæ adde*

Theriacæ veteris Vncias tres.
Olei Sulphuris Drachmas duas.

*Serventur in vitreo nimbo diligenter obturato.*

## AQVA VITÆ COMPOSITA.

℞. Cinamomi Vncias tres.
Glycyrrhizæ raſæ Vncias duas.
Santalorum omnium, ana Drachmas ſex.
Radicum Caryophyllatæ,
Galangæ,
Zingiberis,

Corti-

Corticum Arantiorum exteriorum ſiccatorũ,
Citriorum, ana Drachmas duas & ſemis.
Nucis moſchatæ,
Macis,
Cardamomi minoris,
Seminis Nigellæ, ana Drachmas tres.
Aniſi,
Dauci Cretici,
Fœniculi dulcis,
Ocymi, ana Drachm. unam & ſemis.
Foliorum Majoranæ,
Salviæ,
Satureiæ, ana Vnciam ſemis.
Florum Caryophylleorum fragrantium,
Roriſmarini,
Roſarum rubrarum, ana Drach. duas.

*F. omnium pulvis craſſus: cujus dimidia pars octiduo maceretur in Spiritus Vini libris tribus: dein fiat colatura per denſum ſetaceum.*

*Alteri dimidiæ addantur*

Pulveris Diamargaritôn frigidi,
Diambræ, ana Drachmas tres.

*Macerentur, & colentur ut ante: colaturæ indantur*

Ambræ griſeæ,
Moſchi, in nodulo ligatorum, ana Scrup. ſemis.
Iulapii roſacei Vnciæ ſex.

*Vtraque colatura in nimbo vitreo obturato ſervetur.*

DE

# DE ACETIS.

ACETVM CALENDVLÆ.
LAVENDVLÆ.
ROSACEVM.
SAMBVCINVM.

*Fiunt omnia eodem modo.*

℞. Florum q. v.
Aceti Vini q. ſ.

*Inſolentur æſtivis caloribus in vaſe vitreo, vel fictili vitreato oris anguſti per dies quadraginta, aut plures; deinde colentur, & reponantur.*

## ACETVM SCILLITICVM.

℞. Radicum Scillæ in taleolas ſectarum, filo trajectarum, & modicè exſiccatarum Libram unam.
Aceti Vini Libras octo.

*Inſolentur, colentur, reponantur ut antè.*

SECTIO

# SECTIO TERTIA,

## De Syrupis, Melitis, & Rob.

### Syrupus Absinthii Compositus.

℞. Abſinthii Romani Vncias ſex.
Roſarum rubrarum Vncias duas.
Spicæ Nardi Indicæ Drachmas tres.

*Contuſa macerentur horis viginti quatuor in*

Vini albi veteris, ac odori,
Succi Cydoneorum depurati, ana Libris duabus & ſemis.

*Coquantur igne lento ad medias: deinde colentur: Colaturæ clarificatæ addantur*

Mellis deſpumati, & ad conſiſtentiam cocti, Libræ duæ.

*Coquantur denuò in Syrupi conſiſtentiam.*

### Syrupus Aceti.

℞. Sacchari clarificati, & ad conſiſtentiam tabulati cocti, Libras quatuor.

*Illi affunde, & permiſce in vaſe fictili*

Aceti Vini albi q. ſ.

*Vt ſine coctione redigantur agitando in Syrupum.*

## SYRVPVS SVCCI ACETOSÆ.

℞. Sacchari clarificati ad conſiſtentiam tabellati cocti Libras quatuor.

*Illi affunde, & permiſce in vaſe fictili*

Succi Acetoſæ per ſubſidentiam depurati, & colati q. ſ.

*Vt ſine coctione agitando ſ. a. redigantur in conſiſtentiam Syrupi.*

*Eodem modo fiunt:*

SYRVPVS AGRESTÆ.
CYDONEORVM.
GRANATORVM ACIDORVM.
DVLCIVM.
LIMONVM.

## IVLAPIVM ROSACEVM.

℞. Sacchari clarificati ad conſiſtentiam tabellati cocti Libras duas.

*Illi affunde, & permiſce*

Aquæ Roſarum q. ſ.

*Vt agitando ſine coctione redigantur in conſiſtentiam Syrupi dilutioris.*

## OXYSACCHARVM SIMPLEX.

℞. Sacchari clarificati in conſiſtentiam tabellati cocti Libram unam.

*Illi affunde, & permiſce in vaſe fictili*

Succi Granatorum acidorum partes duas,

Aceti Vini albi partem unam,

*Eâ ſingulorum quantitate, ut ſine coctione agitando redigantur in Syrupum.*

## SYRVPVS VIOLACEVS SIMPLEX.

℞. Florum Violarum recentium, mundatorum à caliculis, & contuſorum, Vncias decem.

Aquæ puræ Vncias quadraginta.

*Fortiter per linteum exprime: expreſſo adde*

Sacchari puriſſimi pulverati q. ſ.

*Vt continua agitatione redigantur in conſiſtentiam Syrupi.*

## SYRVPVS ALTHÆÆ FERNELII.

℞. Radicum Althææ Vncias duas.

Cicerum rubrorum Vnciam unam.

Radicum Aſparagi,

Glycyrrhizæ raſæ,

Graminis,

Vvarum paſſarum ab arillis expurgatarum, ana Vnciam ſemis.

Summitatum Althææ,
Herbarum Adianthi utriuſque,
Malvæ,
Parietariæ,
Pimpinellæ,
Plantaginis, ana Manipul. unum.
Seminum quatuor frigidorum majorum,
minorum,
contuſorum, ana Drachmas tres.

*Coquantur in aquæ ſ. q. ad tertiæ partis conſumptionem: Colatura cum*

Sacchari albi Libris quatuor,

*Coquatur in Syrupum.*

## SYRVPVS ARTHEMISIÆ FERNELII.

℞. Radicum Fœniculi,
Helenii,
Iridis,
Leviſtici,
Pæoniæ,
Rubiæ tinctor. ana Vnciam ſemis.
Herbarum Arthemiſiæ Manipulos duos.
Betonicæ,
Calaminthæ,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyſſopi,
Hyperici,

Majo-

Majoranæ,
Matricariæ,
Meliſſæ,
Nepetæ,
Origani,
Praſii,
Pulegii,
Sabinæ, ana Manipulum unum.
Seminum Aniſi,
Dauci,
Fœniculi,
Nigellæ,
Ocymi,
Petroſelini,
Rutæ, ana Drachmas tres.

